¶ Dicit q nola terlata in en/sunt ghis neutri. vt hoc nomē ⁊ numen.
Sed ren/pecten/⁊ splen/atq; lien sunt ghis masculini. et tungas ei illa
nola que in formas de cano canis. vt tubicen est ille qui canit in illo in
strumento qđ dr tuba. Et etiā adiūges his predictis hymen qđ est idē
q deus nuptiarū quod est generis masculini. et aliquando est generis
neutri. pro pellicula conseruante virginitatem.

Hic retinet syren: dabit hic faciens sacra flamen

¶ Dicit q̄ frutex piscis nunquam est generis feminini. Flumen ⁊ ꝓpe sacerdos iugis est generis masculini. Doc est quod dicit. Facieno sacra flumen. Sed ego vereo ne sit neutrum.

In hic. **In dabit hic vt delphin: nec talia multa supersunt**

¶ Dicit q̄ nota terminata in in/sunt ḡnis neutri: vt delphin. pisces multum vulgares hominem.

On hic. **On matribus iungas: tamen inde localia demas**

¶ Autor dicit q̄ nota terlata in on/sunt ḡnis masculini: vt hic demon. canon. l. regula. Nota localia excipiunt que sunt generis feminini: vt hec habitaret aliquando generis neutri: vt hoc ylion.

Que dia siue gera componunt sint tibi neutra.

¶ Dicit q̄ ꝓposita de dia siue gera sūt ḡnis neutri: vt hoc diatesseron q̄ est species cantus. ⁊ hoc gerolaxion q̄ est vocabula medicor.

Ar hoc. **Ponis nomen in ar neutrū. solular dat hic et lar**

¶ Autor dicit q̄ nota in ar terlata sunt ḡnis neutri: vt torcular. Hic ponit exceptionē dicta. Vocular ⁊ lar dāt hic. l. gen⁹ masculinū. Torcular est calciamentū. lar est equoch/lar casa/lar dom⁹/lar ignis/lares fortune.

Sed tria dant genera paret sua compositiua.

¶ Ponit aliā regulā ⁊ exceptionē dicens. q̄ ꝑ ⁊ sua composita sunt ḡnis trium: vt impar/compar/et dispar.

Er hic. **Er maribus detur. ter hoc vesperq; sequetur**

Spinter seu ruder decet his adiungere iuger.

¶ Dicit autor q̄ nota terminata in er/sunt ḡnis masculini: vt hic liber. Iter. l. via/et vesper excipiuntur: q̄ sūt generis neutri. Spinter etiā q̄ idē est q̄ fibula vel clavus fibule. ⁊ ruder q̄ idē est q̄ stercus asini/vel ramus de vite realibus: vt aliqui dicūt. Juger etiam his adiungitur: q̄ est generis neutri: vt hoc juger/est etiam spacium terre quantum una die. q̄ potest par boum in una die.

rti. adie. **Campester/volucer/alacer/q; pedester/equester/**

Hic er. **Silvester/celeber/acer/celer q; salaber.**

Hec is. **His in bis quinq; tenet hic et/hec ister hoc e**

Hoc e. **Vanq; sequester idem quod terne siue secunde**

Sitq; paluster erit hic et hec alacris tertiadecli.

¶ Dicit autor q̄ in his decē nomibus supradictis ista terlatio er/ponit in masculino nti/is in reliq/⁊ in neutro. Quasi dicat q̄ debet variari q̄ tres articulos ⁊ tres voces: vt hic campester/hec campestris ⁊ hoc campestre. Sed pt q̄ hoc nomē sequester pōt esse scē ⁊ trie declinatōis. q̄ est tertie declinat hic sequester/hec sequestris ⁊ hoc sequestre. q̄ si scē declinat. sequester/sequestra/sequestrū. Palustr erit eodē mō declinat. Alacris potest esse generis communis: vt

hic et hec alacris et hoc alacre. Et hoc dicit q̄ superius dixerat ipm esse generis feminini. ibi. Hic alacer hec alacris hoc alacre. Et hoc est q̄ dicit. Hic et hec alacris retinebit. Unde campester qui moratur in campis Volucer (swift) Alacer vel alacris. i. fortis velox et letus. Pedester. i. pedes peditis qui pedibus transit. Equester. i. eques equitis qui equo transit. Silvester qui in silvis moratur. Celeber. i. festivus sanctus. Acer. i. asper crudelis. etiam est fortis vividus firmus agilis vigilis. Celer. i. velox. Saluber. i. sanctus sanus. Sequester. i. pacificās lites. Paluster qui habitat in palude.

Tertia dans ber ver dabit hoc. tamē hic tenet imber
Et sua composita sunt adiectiua notanda.

Ber ver hoc.

¶ Dicit autor q̄ nota tertie declinationis terminata in ber vel in ver sunt generis neutri. vt hoc tuber. hoc papaver. Tamē imber et sua composita sunt generis masculini: vt hic imber et decēber. Tū adiectiua sunt notanda: vt celeber q̄ est generis masculini etiam saluber.

Sexum plura notant sicut mater mulierq̄

¶ Autor dicit q̄ plura nota discernuntur per sexum sicut mater et mulier que sunt generis feminini.

Fetibus hoc terre dat tertia deme cucumer.

¶ Dicit q̄ nota tertie declinatiōis fetibus terre cōvenientia et in er desinentia sunt generis neutri: vt hoc papaver et hoc piper: sed excipit cucumer q̄ est generis masculini. Papaver est herba somnifera. Piper species multū calida. Cucumer est herba cuius fructus est humide nature.

Et commune notes sicut sunt pubet et vber
Degener ⁊ pauper hec linther dicere debes.
Pluribus ex istis neutrum sociare videbis

¶ Dicit q̄ aliqua nota in er desinentia sunt generis cois: vt hic et hec puber. i. iuuenis incipiens pubescere. Uber. i. fertilis. Dic et hec degener. i. nullius vel ignobilis. Dic et hec pauper. Tu debes dicere hec linther. Deinde dicit q̄ tu videbis neutrū sociari pluribus exīstis notibus supra dictis: vt hic et hec et hoc vber. Et habetur exemplū de pauper in Luca no. Sic est de paupere regno.

Ir maribus detur ir neutris associetur

Ir hic.

¶ Dicit q̄ in ir terminata sunt generis masculini: vt hic vir. Excipit hoc ir q̄ est generis neutri. vt hoc ir. i. palma manus.

Et hic et hec martyr hoc debes dicere gaddir

¶ Quasi dicat q̄ martyr est generis communis. et gaddir nomen loci est generis neutri.

Or maribus socia: sed plurima sunt retrahenda

Or hic.

¶ Dicit q̄ desinentia in or sunt generis masculini: vt hic dolor. sed plura sunt excipienda: vt patebit inferius.

Capitulum quartum

Omne memor iungit quod comparat ad duo trālit

¶ Dicit q memor est gnis ois: t cōparatiua in or desinentia sunt generis masculini t feminini seu gnis cois: vt hic t hec melior. Ideo dicit qō comparatiuū est translit ad duo. s. genera: vt hic t hec fortior. hic t hec doctior.

Mas tantum senior/hic et hec/ed dicitur autor

¶ Dicit autor q quāuis senior sit cōparatiuū tamen est generis masculini. Autor est generis communis.

Equor ador marmor & cor sūt neutra: sed arbor
Hec tenet atq; soror sexu noscuntur & vxor

¶ Dicit q ista nola equor ador marmor t cor sunt generis neutri: sed arbor est generis feminini. Atq; p et ista nola scz sexo: t vxor noscuntur per sexū: qi sunt generis feminini. Vocabula exposita sunt supra.

Que color atq; decus formant corpusq; notemus

¶ Dicit autor q notare debemus nola que cōponuntur cū his nolbus. s. color: vt decolor. i. sine colore: cū decus vt indecor. i. sine decore: cū corpus vt bicorpor. i. duoꝝ corporum: quē sunt generis ois.

Ur hoc **Nomen quod fit in ur dabit hoc testis tibi murmur**
Multus erat murmur veteres quoq; sic posuere

¶ Dicit autor q nola in ur termlata sunt gnis neutri: vt hoc murmur gustur iecuris reꝑit gnis mas. vt in sacris scripturis. Multꝰ erat murmur.

Si t vel r preit ur aut f hec eis societmus
Dum sit gentile nomen aut aulum speciale

¶ Hic ponit exceptionē a regula predicta dicēs. Si hec lra t vel r vel f stante ur: tūc illud tale est gnis masculin: dū tñ sit gentile: vt aurur nomen loci vel ppīe: aut aulum speciale vt austur et furfur. Nota q furfur aliqñ est purgamentū farine alio nola silicua: aliqñ est nomen auis: et p vtroq; declinat q hic sub mas. Tā ddā dicebant q esset neutrū. Contra quē innuitur Johannes de garlandia. Furfura q dicit semp de furfure virie.

Hic aut hec turtur quod fertur pisis et auis

¶ Quasi dicat q turtur pōt variari q hic et significat piscē. t p hec t tunc significat auē. Unde. Turtur inheret aquis: turtur secat aera pēnis.

Hic aut hec furfur tamen adiectiua notentur.
Que sexu gemino iungunt sua significata.
Jungere dicuntur hic & hec fur ligur et augur
His datur hec norma que declinat tibi terna

¶ Dicit q hoc nomē furfur pōt declinare q hic t hec vt supra. Deinde dicit q adiectiua si iūgūt sua significata in gemino sexu. i. que ptinēt ad mares t mulieres dīt notari: qr sūt gnis cois. Et hoc magis declarat dicens q nomina dīr iūgere sibi hic t hec. i. dīr gnis cōis: vt fur fēris (a theſe)

ligur liguris est lōbardus: et augur diuinator. Deinde dicit ꝙ hec nomꝫ datur de nolbus tertie declinationis: et nō de alijs ꝓpter latur adiectiuū Sciendum est ꝙ autor intelligit de adiectiuis significatione ⁊ non voce.

Hec dat nomen in as facit hic as vas vadis et mas. As hec

¶ Autor dicit ꝙ nola terminata in as sunt generis feminini: vt hec pietas. Deinde ponit exceptionē dicēs. Facit hic as. i. qō est generis masculini. Et vas vadis. i. pignus. et mas maris (anglice a man)

Nomen gentile commune locatur vt archas.

¶ Dicit autor ꝙ nomen gentile in as terminatū est generis cōis: vt hic et hec archas: nomen populi. nostras et vestras.

Que sunt concisa velut alpinas sociantur

¶ Dicit ꝙ nola cōcisa. i. syncopata sociant predictis: qꝫ sunt generis cōis vt alpinas. i. habitans in alpibus. Et est concisum seu sincopatū: qꝫ debemus dicere hic et hec alpinatis: immo dicimus alpinas.

Omne tenet nugas indeclinabile credas.

¶ Dicit ꝙ nugas. i. loquax vel mendosus est ghis ois et indeclinabile.

Hic abbas pone boreas pximasqꝫ gygasqꝫ

¶ Autor dicit ꝙ abbas/boreas/pximas/gygas: et elephas sunt generis masculini. Abbas est nomen dignitatis. Boreas boree pme declinationis est vētus septētrionalis. Pximas est propriū nomē: etiā est magnus vir in magistratu positꝰ. Gygas est vir mire magnitudinis. Elephas animal mire robustum et magnum.

Hoc phas atqꝫ nephas retinet: sed dicitur hoc vas.

¶ Dicit ꝙ hec duo nomina invariabilia: sc3 phas ⁊ nephas sunt generis neutri: et etiam vas vasis.

Es breuis hic ponit. leges et teges hec sociabit. Es breuis hic.

¶ Autor dicit ꝙ terminata in es breuē sunt generis masculini: vt hic limes limitis. Leges. i. semen: et teges. i. domus rusticalis: sociabit hec. i. erit generis femini. Et sic patet exceptio.

Et compes tripliceat pes cetera que tibi formant
Preter apes vel apis quoniam reperitur vtrūqꝫ.

¶ Autor dicit ꝙ cōpes cōpedis est generis femininī: et est cathena vel vinculū. Tripliceas pes cetera que tibi formant. i. ꝓposita a pes pedis sunt generis ois: vt bipes bipedis. preter apes vel apis qō est generis femininī: et componit ab a quod est sine et pes per contrarium exponendo.

Que duo dant signes miles equesqꝫ superstes.
Dines ebes solpes prepes teres et comes holpes
Inquies antistes ales dic per tria deles
Astrum multa legimus neutris sociata.

E.q.

¶ Dicit ꝙ ista nota que sunt generꝭ cõis excipiunt: scꝫ miles/eques. i. ꝙ vadit in equo/lupsted. i. vanus/dives/ebes. i. debilis/ sospes. i. sanus/prepes i. ppetuus. Aliq dicit ꝙ prepes est idē ꝙ velox. Teres. i. longus et rotundus. hic ⁊ hec comes. i. ꝯitatus. hospes est clarꝭ. Inquies. i. sine quiete. antistes. i. prelatus vel q̃ stat ante alios. ales. i. velox. Dic ꝙ tria deses id est oꝫ generis: et idē est ꝙ piger. Deinde dicit ꝙ multa istoꝝ nolim vt supta reperiuntur in neutro genere: vt dives monasterium.

Es longa her. **Hec dabit es longe. verres hic debet habere.**

¶ Dicit ꝙ terminata in es longa sunt gñis feminini: vt hec res/et hec seges. Deinde ponit exceptionē dicēs. Verres debet habere hic. i. genus masculini. i. porcus non castratus. ¶ Hic posset aliqs arguere ꝓtra alexandrū hoc mō. Nuero tibi gra disputandi cuius gñis sunt stipes limes dico masculini: qua regula. dico es brevis hic ponit. Tūc quero cuius generis sūt seges ꝓles. dico femini. qua regula. dico hec dabit es longe Tunc quero quō scis stipes ⁊ limes terminari in es brevem ⁊ seges atq; ꝓles in es longā. dico a magistro meo qui ita me docuit. quō scit magister tuus. dico ꝙ regules positas in tertia parte de quantitate syllabarū. Contra hoc arguit insolubiliter. Alexāder hic de es brevi et longe mittit nos ad tertiā partē. Et versus tertie partis de es longa et brevi iterū remittitur ad istos tertius ꝓme partis. scꝫ Mas aut commune si fiat in es brevi. ergo cõmittit circuitū et petit principiū. Unde dicit in tertia parte. Obliquus creſcēs qui corripit antepremā. In recto facit es curtam teſtis tibi mās. Ecce quō iste tertius remittit iterū ad hunc tertiū ꝓme partis primi capituli. Mas aut cõmune si fiat in es brevi tam ⁊c. Ité dicit hic. Is tris ꝓducta tibi dabit. Alis scire que habēt is producta vade ad tertiā partē ubi habebis. Protrahit is rectus si ꝓtrahit es gñis. Crescens vt sanus. ⁊c. Ecce remittit de tertia iterum ad primā. Ideo hec metra de es et de is merito venirent emendanda.

Hic dabit hec ve dies: dant hi tantummodo plures.
Cumq; meri dabit hic: et patronymica iunges.

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomen dies est generis incerti in singulari numeri: et in plurali masculini: vt nō hic vel hec dies: ⁊ plr nō hi dies. Etiā si componatur cū meri est generis masculini: vt hic meridies. Et tu iunges etiam patronymica in es terminata que sunt generis masculini: vt hic priamides. i. filius vel nepos priami.

Es quoq; commune teu sunt heres locupleſq;

¶ Autor dicit ꝙ nomen in es terminatū est etiā cõmune. i. generis cõis: seu ꝓ sicut ista duo videlicēt hic et hec heres heredis. i. successor legitimus in bonis. hic et hec locuples locupletis. i. dives.

Cum tenet i rectus super s et t genitiuus
Suscipit. hic iungis paries fiet tibi testis.

¶ Dicit ꝙ nomē in es terminatū i precedente ⁊ suscipiēs hanc literā i in gtō est generis masculini: vt paries parietis: est facies muri.

Hec dicenda quies hic pes et dicitur hoc es.

¶ Antor dicit q̄ quies est generis feminini: et est exceptio ab illa excepcione. Cum tenet i rectus. Deinde dicit q̄ pes est generis masculini: et es cris est generis neutri.

Hec dat nomen in is/tamen hic dcino molaris Is hēc
Caulis et edilis et que crescunt genitiuis.
X is p̄epolita tenet hic aut consona bina.
Unica dum teneas has/aut n littera siue
In liquidam faciet penultima syllaba finem
Ut lapis ac axis pisces cinis unguis et orbis.

¶ Dicit q̄ nomē in is terminatū dat hec. i. genus femininū: vt hec nauis. Deinde ponit exceptionē dicēs. Tñ hic dcino molaris. Quasi dicat q̄ molaris est generis masculini: et idē est q̄ dens grossus: et etiā caulis et edilis que sūt gñis masculini. Et illa que crescūt in gēs: vt lapis lapidis Deinde dicit q̄ illa que habēt x ante is: vt axis potus rotarū. et illa que habēt duas ꝓsonātes ante is q̄rta sint in una syllaba: vt pisces. Et illa que habent n litterā ante is: vt pauis. Et illa quoq; penultima syllaba terminat in liquidā: vt orbis et unguis: que ola sunt generis masculini. Hēc cauēs est quoddā olus. Edilis est nomen dignitatis vel custos edis. Orbis est mundus. Unguis est unguis in digitis vel in pedibus.

Hec febris pelvis neptis vallisq; bipennis
Et cassis talpis lactis quoq; restis et aspis
Et pellis turris vestis peluis quoq; cuspis
Glis gliris glitis et patronymica iunges.

¶ Autor facit exceptionē ab exceptione precedēti dicēs. q̄ nota in ꝛa posita licet ꝓprehēdi plīe multipliciter in exceptione precedēti nō sunt gñis masculini imo femininī: vt hec febris/pelvis/neptis/lactis/restis/pelvis/et cuspis que habēt duas ꝓsonātes ali is in eadē syllaba: vt hec vallis/bipēnis securis scindens ab vtroq; latere. Pellis/turris/peluis: quoq; penultima terminata in liquidā. Hec cassis licet crescat in gō tñ est gñis femini. Deinde dicit q̄ talpis et clunis sunt gñis incerti: i. habēs n ante is. Deinde dicit q̄ classis. i. naui gñis est gñis femininī: licet penultima terminat liquidā. Circa vocabula febris est q̄dā morbus. q̄ restis. i. pestilētia. Neptis. i. cognata vel filia filī vel filie. Vallis (a valley) Bipēnis est securis ex vtraq; parte scindens. Cassis is. t cassis cassidis. vt supra in heterocli tis. Aspis est lapis preciosus. Lactis (mylke) Restis. i. chorda. Aspis. i. serpens. Pellis inde pellicii. Alia exposita sūt supra.

Hic aut hec cinis clunis, dabit hec tibi classis
Et messis tussis ibis sic lis quoq; litis.

E.iij.

¶ Vel est q̄ nola hec dicta sunt generis feminini/et aliqua generis ut bis. finis est terminus. dimis est emissarium cuniculus.

Hec tibi greca dabunt: et eis si barbara iungunt.

¶ Autor dicit q̄ nomina in is terminata/et etiam barbara sunt generis feminini: vt hec sinamuris.i. alia peccatrix.et colchis colchidis.i. mulier et illa insula.

Adiectiua tenent hirtet hec pariterq̄ tricuspis
Iltius obliquis neutrum quandoq̄ locabis

¶ Dicit q̄ nola adiectiua in is terminata sunt generis cōmunis. vt hic et hec nobilis.et sic de alijs. tricuspis.i. trium punctorū est generis cōmunis. tamen in obliquis casibus aliquando inuenitur generis neutri. vt tricuspidis tela. Ideo dicit. Iltius obliquis.

Bis in plurali genus omne videtur habere.

¶ Dicit autor q̄ bis in plurali numero est generis omnis/in singulari aliquando est generis masculini. vt hic bis pro piscene.et aliquando generis communis. vt hic et hec bis.id est vinco.

Est hic et hec testis ciuis burgensis et hostis
Et canis et iuuenis pariter commune scholaris.

¶ Autor dicit q̄ nola in ista posita sunt generis cōmunis. Patet de se. Sed omnia exceptiuntur ab illis regulis antedictis.

Os hic

Hic os præponit. tenet hoc os oris et ossis.
Et cahos atq̄ melos argos logos annumerabis

¶ Autor dicit q̄ nola in os terlata sunt ghis masculini. vt hic ros. Dein ponit exceptionē dicēs. Tenet hoc os oris et ossis. Quasi dicat q̄ hec duo nola scz os oris et os ossis sūt ghis neutri. Atq̄ p̄ et cahos est ghis neutri.et idē est qđ obscuritas.t melos.i. dulcedo.argos est prima nauis greca. Et q̄ hec alia nola greca terminata in os. vt logos.i. sermo.

Dant duo bos impos compos custosq̄ sacerdos

¶ Autor dicit q̄ ista nola sūt ghis cōis. vt hic t hec bos.hic t hec impos. Inō potēs.hic t hec cōpos.i. potēs. Eodē modo sacerdos et custos.

Hec dant glos cos dos sic greca locantur vt arbos.

¶ Autor dicit q̄ ista nomina sūt generis feminini. vt hec dos dotis.hec cos cotis(a Vbicunq̄ lone)et hec glos glotis.i. mulier fratris. Et greca nomina sic locantur.i. sunt generis feminini. vt hec delos nomen insule.et arbos etiam est generis feminini.i. arbor.

Us secū de declina. hic.

Dant hic in us facta tibi declinante secunda.

¶ Autor dicit q̄ nomina secunde declinationis terminata in us dant hic id est sunt generis masculini. vt hic dominus. Construe sic. Facta.id est nomina terminata in us secunde declinante.id est secunde declinationis/dant hic.id est genus masculinum.

Hec paradysus habet nardus domus atq; hyacinct⁹
Et synodus colus et carbasus almus abyssus
Almus cristallus et humus bissusq; papirus
Hecq; smaragdus habet venu⁹ colus atq; phaselus
Postremus egyptus dypthongus ad hec referantur.
Cristallum tamen hoc dicemus/et hic paradysus

¶ Dic autor posuit exceptionē a rīs predicta dicēs. q; nola ytenes in his verbibus supradictis sūt gīs femininī. vt hec paradysus. hec nardus est quedā herba. hec dom⁹. hec hyacinct⁹ est nomē insule. et aliqñ sumit p lapide pretioso. hec synodus congregatio sacerdotū. hec col⁹ quedā herba odorifera. hec carbasus/hec alm⁹ nomē arboris. hec abyssus. i. profundus. hec almus. i. ver. hec cristallus cdā lapis luce nitidissimus. hec humus. i. terra. hec byssus. i. purpura. hec papyrus in qua scribit. hec smaragd⁹ est q̄dam lapis pretiosus. hec vīnus est instrumētū quo purgant blada. hec colus ex qua nent femine. hec phaselus parua nauis. hec egypt⁹ nomē prouincie. hec dyanus castanea cocta in aqua. hec dypthōgus. hec arct⁹ nomē stelle. Deinde dicit q; inuenit hoc cristallū/et hic paradysus.

Hoc vulgus pelagus indeclinabile virus.

¶ Autor dicit q; vulgus et pelagus sunt neutri generis. et etiam virus quod est indeclinabile.

Os grecum sepe mutabis in us mulierē.

¶ Nola greca in os terminata apud latinos sepe terminantur in us et sunt generis femininī. vt hec deus dei nomen iusule.

Hoc terne habit us si non tenet u genitiuus.

¶ Dicit autor q; nola tertie declinationis terminata in us nō habētia u in penultima gā sunt generis neutri. vt hoc corpus grā huius corporis. Construe. Tu dabis hunc articulū hoc nolbus tertie declinationis in us terminatis. si genitiuus nō tenet u in penultima syllaba. et hoc dicit ꝓpter salus salutis. et alia similia que non sunt generis neutri.

Vs/ tertie si genitiuus in or̄ veris hoc

Dat lepus hic. tenet intercus genus omne vetusq;

¶ Dicit autor q; hoc nomē lepus declinatur per hic. et est exceptio. Intercus et vetus sunt generis omnis. vt hic et hec et hoc vetus. hic et hic et hoc interc⁹. et est doctrine et non exceptio.

Dant hec si crescat genitiuus et u sibi seruet.

¶ Dicit autor q; nola tertie declinationis terminata in us habentis gen̄ superātem in cuius penultima hec vocalis u retinetur sunt generis femininī. vt hec salus salutis. hec virtus virutis.

Hec vs/ tertie si per utis

Hoc monosyllaba dant vt thus. sed dicitur hec grus
Hic dat et hec tibi sus. epicenū dat genus hic mus.

¶ Autor dicit q̄ nola tertie declinationis terminata in us/vnius syllabe sunt generis neutri: vt hoc thus. Sed grus est generis feminini. Sus vero cōmunis generis. Mus autem generis masculini. Etiam declinatur per hic. Hocdubius expositus supra.

Est pecus hec pecudis/pecus hoc pecoris sibi tungit.

¶ Autor dicit q̄ pecus/dis est glia feminini: et pecus/oris neutri. Fenus fenoris/pus est glia neutri et indeclinabile. Differentia eox patet supra.

vs quarte declinationis hic.

Quarte nomen in us maribus sociare solemus.

¶ Dicit q̄ nola quarte declinationis terminet in us sit glia masculini: vt hic visus/aucti⁹/fructus/currus. Hic cōprehēdunt infinita nola q̄ habita in us que formant ab vltimis supinis q̄ hec: vt a video visus visui a rideo risus risus risui. a fluo fluxus fluxus fluxui. ab audio auditus auditui. ab haurio haustus haustus haustui. a colo cultus cultus cultui. a fruor fructus fructus fructui. ꝛc. Itē priment multa nola in arguitate significantia: vt a papa papatus/tus/tui. a cardinalis cardinalatus/tus/tui. ab episcopus episcopatus/tus/tui. a decanus decanatus. a doctor doctoratus. a magister magistratus. a bacalarius bacalariatus. a scriba scribatus. a dux ducatus. a miles militatus. ꝛc.

Hec anus atq; tribus et ponticus et manus idus
Hec acus atq; pinus nurus socrus et domus adde
Hic tenet hec ve specus illi penus associemus

¶ Hic ponit exceptionē a regula predicta dicens. q̄ nola in littera posita licet sint quarte declinationis: tñ sunt generis feminini: vt hec anus id est vetula. hec tribus. i. pgenies. hec ponticus anglice (an hauen) hec manus. hec idus. i. diuisio ēpotis: ppie sunt octo dies cuiuslibet mensis hec acus. hec pinus. hec nurus. hec domus. hec socrus. Deinde dicit q̄ specus potest esse generis masculini vel feminini: similiter et penus. Item de acus est qua sutitur quarte declinationis: sed tertie actus acteris est palea. Pinus est nomē arboris. Nurus est vxor filij. Socrus est mater vxoris vel mariti. Specus est foramen.

Cum nomen fit in aus hec illi tungitur vt laus

¶ Autor dicit q̄ nomina terminata in aus dyphthongon sunt generis feminini: vt hec laus.

Bs/ls/ms/ns/ps/rs/ hec.

Sed vult hec tungi si consona precedat illi.

¶ Autor dicit q̄ nola terminata in a precedente consonante sunt generis feminini: vt plebs/polis/hyems/mens/dapis/mars.

Adiectiua notes quibus omne genus dare debes

¶ Hic ponit exceptionem dicēs q̄ adiectiua debent excipi: q̄ sunt generis omnis: vt hic et hec et hoc sapiens.

Mons pons fons hic dāt mars ceps fitys dens quis q̄ quadrans.

De generibus nominū.

¶ Autor dicit q̄ nota in lfa posita sunt gñis masculini: vt hic mons montis/hic pons/ponris/hic fons fontis/hic mars martis.i. deus belli. Hic seps.i. serpēs/hic stirps.i. truncus arboris/hec stirps.i. pgenies/hic quadrans quadrantis.est instrumentum ad scandendū horas diei.

Et partes aliis torrens sociabitur istis
Atq; calibs calibis: quod gens est siue metallum.

¶ Dicit autor q̄ partes aliis sicut quicunq; &c. et hoc nomen torrēs generale fluuiorum: et hoc nomen calibs iunguntur predictis.

Dant hic ps iuncta polisyllaba: sed variantur
Hic aut hec forceps & adeps: sed dicitur hic seps.

¶ Autor dicit q̄ nota terminata in s precedēte p̄ sue generis masculini polisyllaba.i. plurium syllabarū: vt hic anceps (a fouler) sed forceps.i. instrumentum capiendi ferrum: et adeps variant q̄ hic aut hec.i. generis vtrius. Sed hoc nomen seps pro serpente est generis masculini. Inuenitur etiam hec seps pro quo dicitur seps sepis.

Pluraq; dant hic et hec celebs infansq; parensq;
Et princeps effrons illis coniunge bifrontem.

¶ Autor dicit q̄ plura reperiunt in cōi gñe declinata: vt hic et hec celeber.i. castus: hic et hec infans. hic et hec parēs. hic et hec princeps. hic et hec effrons. id est sine fronte. hic et hec anceps.i. dubius.

Hec x prepones: sed plurima demere debes. x hec

¶ In hac parte autor determinat de generibus nominū terminatorū in x et dicit q̄ nota in x terminata sunt generis femini: vt lex legis. Deinde dicit q̄ plura debent excipi.

In triplici genere decet adiectiua notare.

¶ Dicit adiectiua in x terminata sunt gñis dis: vt hic t hec t hoc felix.

Fe si prelit maribus polisyllaba tunges x polisyllaba hic

¶ Dicit q̄ nota in x terminata precedente e sunt generis masculini dum sint polisyllaba.i. plurū syllabarū: vt hic verter.i. summitas capitis. Codex.i. liber. Construe sic. Tu tiges nota polisyllaba maribus. id est masculinis si ista littera e presit.i. ante se huic littere x.

Est tamen hec pellex vibex obexq; suppellex
Forpex et forfex hic aut hec dat tibi cortex
Atq; silex.

¶ Hic ponit exceptionē ab illa parte. x e si presit maribus. dicens q̄ nomina que in lfa ponunt sunt gñis feminini licet habeant e ante x. vt hic pellex. id est meretrix. hec vibex signum factum cum virga. hec obex est repagulum. hec suppellex. id est mobilia. Dec forfex est instrumentū quo scinduntur fila. Hec forpex est quo scinduntur pili. Cortex est generis in certi: et est illud quod circundat arborem. Silex est lapis durissimus qui

ictu ferri ignem excutit.

Fetibus hoc terre dabis/hic fruter retinebit

¶ Ponit hic aliam exceptionem dicens. Tu dabis hunc articulum hoc fetibus terre.i.nominibus importantibus fetus terre siue fructus:vt hoc carex:quedam herba.excipitur fruter quod est generis masculini.i.dens tas virgarum vel frondium.

Est dux et conjunx commune notentur et exlex.

¶ Autor dicit q̄ ista duo nomina dux et conjunx sunt generis communis Similiter hoc nomen exlex.id est sine lege.

Hic dant grex et rex fornix cilixq̄ calixq̄
Et fenix mastix hic calx pedis hec latomorum.

¶ Autor dicit q̄ ista nota sūt ḡnis masculini:vt hic rex/hic grex/hic fornix fornicis.Larcus lapideus.hic calx calicis:est ciphus vel in quo sacrificatur.hic cilix cilicis est ḋdā populus.hic fenix fenicis nomen auis.hic mastix species gūmi.hic calx calcis pro talo pedis est generis masculini et p calcina feminini:r tūc nō excipit sed continet sub regula.Hec x/ponones.Et hoc est qđ dicit. Hic calx pedis/hec latomorum.i.lapidum coctorum:sed latomus significat cesores et diuisores lapidum.

Trix tenet her.tamen obliquis neutrū superaddes.
Victrices turbe victricia tela tulere.

¶ Dicit autor q̄ verbalia in trix desinētia sunt generis feminini:vt hec amatrix:nūm l obliqs reperiunt aliqū ḡnis neutri:vt signa victricia.Ideo posuit hūc versum causa exēpli.Victrices turbe victricia tela tulere.

¶ Capitulū quintū de preteritis ⁊ supinis verborum.

Tu tibi per metrum formatio preteritorum
Atq̄ supinorum pateat presens lege scriptum.
Et primo discre que sit formatio prime.

¶ In isto capitulo autor intēdit determinare de preteritis et supinis verborum. Et primo proponit ḋd facere intēdit subiungēs ordinē observandū in principio ipsius capituli. Dicens q̄ primo intendit determinare de preteritis et supinis verborum prime coniugationis.

Ui vel ui vel di vel ti formatio prime

¶ In hac parte autor determinat in generali de preteritis verborum prime cōiugationis ponēdo vniuersales terminationes eorum. Et dicit q̄ prima cōiugatio verbi pōt facere preteritū in ui:vt amo/amas / amaui.in ui deuisas syllabas:vt domo domui.in di:vt do/das/dedi.in ti:vt sto stas steti.

Aui pre terita pri. **As in preterito ui suscipit s remouendo.**

¶ In hac parte autor procedit in speciali de preteritis verborum prime cōiugationis:r dicit q̄ verba prime coniugationis formāt preterita a scōa psona presentis indicatiui modi remota a ⁊ addita ui:vt amo amas remota s et

addita ui ste amaui.

Non sic formantur ter quinq; sed exciplantur
Cre do do mi iu sto pli fri so ne ve la se cu to

¶ Autor ponit exceptionē a predicta regula dicēs. q ter quinq; .i. quindecim verba prime conjugationis non formāt preterita vt supradictū est: sed excipiunt. Et primo ponit exceptionē demōstrando illa verba q syllabas in sūo metro contentas. In quo q̄dem metro sunt quindecim syllabe per quas quindecim intelliguntur verba. Per cre intelligit crepo crepas. q do domo as: q do do das: q mi mico cas: q iu iuuo uas: q sto sto stas: per pli plico cas: q fri frico cas: q so sono nas: q ne neco cas: q ve veto tas: per la lauo uas: q se seco cas. q cu cubo bas: q to tono tonas. Scire debent pueri t eor̄ preceptores q fere oia verba prime conjugationis scōe tertie et quarte simplicia .t multa eorum composita. Similiter omnia verba depo nentalia exponuntur breuiter t distincte in libello q̄ dicitur exercitiū puerorū gramaticale. qō exercitiū multū pcutile est oibus gramaticā scire breuiter cupientibus.

Nam cubo siue crepo domo deinde tonoq; vetoq; Undecim habēt ui.
Nero plico sono seco deinde micoq; fricо
Preterunt in ui diuisas. do dedit et sto
Dat steti/iuuo iuui preterit et lauo laui.

¶ Nunc ostēdit quō verba p̄dicta faciūt in preterito dicens. Nam .i. certe illa verba cubo t̄c. preteriūt .i. preteritū faciūt i ui diuisas syllabas. vt cubo cubas cubui: crepo crepas crepui. do das facit dedi in preterito: et positū pro causa metri. sto dat steti. Juuo iuuas preterit .i. preteritū facit in ui: vt iuuo iuuas iuui: et lauo lauas laui.

Et neco quod necui facit t quandoq; necaui
De neco dic aui ferro necui reliqua vt

¶ Autor dicit q neco etiam excipit qō facit necui in preterito: t aliqñ facit necaui in preterito: t sic nō excipit. Deinde assignat differentiā huius verbi dicēs. Dic aui in preterito de neco ferro: dic necui reliqua ui in preterito .i. qñ necas cū oi alia vi p̄ cū ferro.

Increpo formāt vi tamen et reperitur in aui

¶ Autor dicit q increpo aliqñ facit increpui. et aliqñ increpaui.

Aui preteritum plico dat cum nomine iunctum
Hoc sine prebet vi tamen t reperitur in aui.

¶ Autor dicit q plico cas. compositū cū noibus facit preteritū in aui. vt duplico duplicaui: qđ cōponit ex duo et plico: et aliter cōpositū in ui diuisas syllabas. vt implico implicui: qō componitur ex in t plico: aliqñ reperitur in aui: vt supplico supplicas supplicaui.

¶ De supinis prime cōiugationis.

atū supi na pzi.

Regula què fozmam seruans as mutat in aui
Recte pzeteritum fozmando supinat in atum

¶In hac parte autor determinat de formatione supinoꝝ verboꝝ prime coniugationis dicens. q̄ verba prime coniugationis facientia preteritum in aui ꝙ rectam formationē: scz mutandi as in aui faciunt supinū in atum vt amo amas amaui amatum.

Sed lauo dat lotum vel lautum potoꝝ potum
Doꝝ datum dat stoꝝ statum fozmat iuuo iutum

¶A predicta regula excipiuntur lautum vel lotum. poto potas facit potum et non potatū. Deinde dicit q̄ do das facit datū. et sto statum. iuuo iutum. et est regula et non exceptio.

Quod dat ui dat itum nisi desinat in coꝛ sed in ctum
Ista supinantur plicat ⁊ micat excipiantur
Nam plico dat plicitū mico ne scit habere supinum

¶Autor ponit aliā regulā dicēs. q̄ illa verba prime cōiugatiōis q̄ faciunt preteritum in ui diuisas syllabas faciunt supinū in itum. vt sono as. sonui sonitū. nisi hoc verbū desinat in co: vt frico. Nam illa verba in co desinentia supinant in ctū. vt frico as. ui. frictum. Sed mico et plico excipiunt. q̄ nō faciūt in ctū: imo plico facit plicitū. et mico caret supinis.

Aut dimico dat vel ui pzimumꝝ supinat.

¶Quasi dicat dimico as. facit preteritū dimicaui et dimicui. et in quantū facit dimicaui facit dimicatū in supino. Ideo dicit autor primūꝝ supinat.

Sicꝝ neco nectum facit et quandoꝝ necatum.

¶Dicit q̄ neco facit necatum in supino. scz qñ facit necaui in preterito et quāꝝ nectū in supino. scz qñ facit necui in preterito.

Moze patre nexum faciet tibi nexo supinum

¶Dicit q̄ neco as. facit nexū in supino. more patris. i. primitiui sui necto qñ etiā facit nexum. Inde venit nexo eius frequentatiuum.

Secunda cōiugatio.

DEbes fozmare posꝝ pzimam verba secundē

¶In hac parte autor determinat de preteritis et supinis verboꝝ scde cōiugationis. et primo dicit. Tu debes formare verba scde cōiugationis post primam: scz coniugationem.

Ui vel ui vel di si fozmat xiꝝ secunda

¶Dicit autor generaliter ponit oēs terminatōes verboꝝ scde coniugationis dicēs q̄ scda cōiugatio formāt preteritum in ui. vt moneo es. monui. in ui diuisas syllabas: vt moneo es. menui. vel in di: vt video vidi. vel in si. vt rideo risi: vel in xi: vt augeo auxi.

deo si

Litterā longa vel ar ante deo si facit excipe strīdi

¶Id est verba scde cōiugatiōis. in deo desinētia p̄cedente vocali natura

liter longa: vel in hac syllaba ar faciũt preteritũ in si. Vt rideo risi. ardeo arsi. Excipe strideo qđ facit stridi: z habeat vocalẽ longã ante deo.

Si breuis est e vel i producitur atq; facit di.

¶ Id est si ante deo ste e vel i breuis. illa ska e vel i ꝓducitur in preterito terminatur deo in di. vt video vidi. sedeo sedi.

Ante deo veniens e vel o liquida mediante
Principium geminat/si muta vel m venit ante
E vel o si tuncta sit mute/lex tenet ista
Continue tuncta si non/lex non tenet ista

¶ Dicit auto: q si hec ska e vel o sit ante deo liquida mediãte. i. existente inter e ? o ? deo: vt pẽdeo ? mordeo: tũc illud tale verbũ geminat principium preteriti: vt pẽdeo pepẽdi. mordeo momordi. hoc in dicit. Si littera muta vel m venit ante e vel o. vt patet in pendeo et mordeo. Deinde dicit q ista lex. i. regula cõtinue tũcta tenet. i. valida est semꝑ. si e vel o sit immediate tũcta ske mute: vt tendeo tendes terendi. Nam hic immediate iungitur cũ ska e. ? si nõ iungat ista lex. i. regula non tenet. Et hoc dicit propter splendeo: in quo nõ iungit ꝑ immediate cũ littera e immo ista littera l est in medio. Et sic est dicendum in similibus.

Si componantur geminant ia non geminantur
Lex erit hec cunctis po sto do disq; remotis
Po sto composita geminabunt poscoq; disco.

¶ Dic ponit vnum notabile validũ q oẽs cõiugationes ad quas ꝓtinet: q dt exceptio ab illa regula in declinatiõibus posita. Simplicia nomina formabis cõpositiua. qr ꝑ eandem regulam possit aliquis dicere q verba geminantia preteritũ in simplicitate geminẽt in cõpositione. Ideo auto: sic ꝑ hoc dat notabile dicens. Si verba geminantia preteritum in simplicitate componãtur: cõposita illa nõ geminant. Verbi gra. Mordeo mordes facit momordi. si cõponatur cũ re: vt remordeo: tũc non geminatur sed facit remordi. Hec lex. i. regula erit cunctis verbis remotis illis si ꝑ has quatuor syllabas intelliguntur. Ꝑ do das dedi cuius composita etiam geminãtur: vt circũdo das. circũdedi. Sto stas steti: eius composita presto prestas prestiti. Po vt posco poscis poposci. ? eius cõposita. vt reposco reposcis repoposci. Ꝑ dis disco discis didici: eius composita. vt dedisco dedisces dedicici.

Curro tamen cum ꝓ geminat ꝛ pungere cum re.

¶ Dicit q curro curris z geminetur in simplicitate qi facit cucurri: tamẽ si cõponat cũ pre etiã geminat: vt precurro precucurri: et pungo pupugi si cõponatur cũ re: vt repugno etiã geminat vt repupugi.

Vocalis longa vel ar ante deo geminans vt
Et que ꝓponunt e breuem vel i patefiunt

Her preter per ui deo preterit excipe prandi
Pran sullum tunge neutro passiua secunde

¶ Tutor epilogat predicta: vt epilogatione sua alia inferat regulã. Excipit q verba scde cõiugationis in deo desinẽtia habentia vocalẽ longã vel ar ante deo: vt illa q habẽt e vel i breuẽ ãte deo. t ille que geminant in preterito patefilit. i. sunt manifesta: vt supradictum est. Deinde infert aliam regulã dicẽs. q ola verba scde cõiugatõis in deo desinẽtia preter hec q dximus facilit preteritu q ui diuisas syllabas: vt studeo studui. candeo candui. sordeo sordui. Deinde ponit exceptionẽ dicẽs. Excipe pandi vel prandi sullum: qõ est preteritũ de prandeo deo. deberet enĩ facere prandui. Junge etiam neutropassiua scde coniugationis que supplent preteritum sicut prandeo: vt soleo solitus sum ꝛc.

De supt uis in deo.

Daus deo di vel si geminans de supina dat in sum
Hic sedeo sessum reddit tamen s geminatum.

¶ Dicit autor q verba scde cõiugationis in deo terminata facientia preterita in di vel in si t geminãtia preteritũ faciũt supinũ in sum: vt ardeo arsi q video visum: mordeo mordi morsum. Sed exemplificat de hoc verbo sedeo sessum: dicẽs q facit in supino sessum. th geminat s. t in hoc excipitur qm regulam datã deberet facere sesum per simplicem s.

Gaudeo gaudsum pzebet: vult regula gausum

¶ Hoc clarum est: et ideo expositione non indiget

Preteriens in ui dat itum nullum de supinum

¶ Dicit q verba scde cõiugationis terminata in deo que faciũt preteritũ in ui faciunt supinũ in itũ: vt studeo studui studitũ. vel carent. Ideo dicit. Nullum de supinum: vt candeo candui.

Geo si.

Si facit l vel r ante geo/xi littera longa.
Uel dipthongus habet: in ui geo cetera formant

¶ Dicit q verba scde cõiugatiõis habẽtia l vel r ante geo faciunt preteritũ in xi: vt fulgeo fulsi: tergeo tersi: ri lra longa. i. verbũ habẽs lram longam ante geo facit xi in preterito: vt lugeo luxi: vel dyptongus. i. verbum habens dyptongũ ante geo facit xi: vt augeo auxi. Deinde ponit aliam regulã dicẽs. In ui geo cetera formãt. i. q ola verba scde cõiugatiõis de quibus nõ est facta mentio in geo desinentia faciunt preteritum in ui diuisas syllabas vt vigeo vides vigui.

Pzebet ui nullum. si per sum xi facit in ctum

¶ Dicit q verba desinẽtia in geo facientia preteritũ in ui carent supino: vt ego egui caret supino. t facientia preteritum in si faciũt supinũ in sum. vt algeo alsi alsi. et facientia preteritũ in xi supinãt in ctũ. vt augeo auxi auctũ.

Dic tamen indultum: sed procreat vrgeo nullum

¶ Dicit q indulgeo ges: facit indultũ et nõ indulsum. ideo excipitur ab illa regula. Si per sum. Sed vigeo viges caret supino.

Addita muta leo facit eui: uicq; facit tum. Leo eui

Hic leo sic oleo de se facit omne creatum

¶ Dicit q verba scde coniugationis desinentia in leo mutis precedentibus faciunt preteritū in eui: vt fleo/fles/fleui. ui in tum sit fletum. Deinde ad dicit. q leo leo nō est in vsu in simplici nisi esset ollō oleo et eius compositum vt doleo et redoleo. faciūt sic in preterito et in supino: vt doleo facit dolui dolitum. es redoleo redolui redolitum.

Et quandoq; tamen olui reperitur itumq;

¶ Item dicit q oleo oles aliqñ facit preteritū in ui et supinū in itum.

Hi oleo per ui venientia dic et in eui

Dupler preteritum reddit duplexq; supinum

¶ Ultimo dicit q composita ex oleo oles faciūt preteritū in ui vel in eui vt redoleo facit redolui vel redolui. Et hoc est quod intendit.

Tum vel per itum dicas adolere per ultum

Hinc adultus erit.

¶ Autor dicit q sicut oleo et sua composita dupliciter faciūt preteritū: ita dupliciter faciūt supinū: scz in ultū et in itū. Deinde dicit q adoleo leo qđ sonat pro crescere facit adultū in supino: et hinc derivatur adultus/ta/tum.

Iuncta muta leo patet hic oleoq; leoq;

Cetera verba leo per ui facit abiq; supino.

¶ Hic epilogat autor ea que dixit de verbis desinentibus in leo: vt aliā inferat regulam. Et dicit q verba desinentia in leo mutis precedentibus et hoc verbum leo et oleo sunt manifesta quomodo faciunt in preterito et supinis per ea que dicta sunt. Deinde infert regulā dicens. q cetera verba in leo desinentia faciunt preteritum in ui duntaxat syncopando: et carent supino vt caleo calui. palleo pallui.

Sed doleo dat itum soleo valeoq; supinum.

¶ Hic ponit exceptionē a predicta regula dicens. q verba in lla pollens faciunt supinum in itum: vt soleo solitum. valeo valitum. doleo dolitum.

Hi queo sumq; facit tamen in tum pluraq; reddit. Queo si

¶ Dicit q verba desinentia in queo faciunt preteritū in ll. et supinum in tum: vt exqueo exui exitum. tamen sepe faciunt in tum. vt dissoqueo dissolui dissolutum vel dissolitum.

Dat ueo ui per tum ui formatur vbiq; supinum Veo ui.

Ex ui nil removens faciens tum nil superaddes

¶ Dicit q ōba scde coniugationis desinentia in ueo faciūt preteritū in ui: vt moueo moui. Deinde dicit q verbū faciēs preteritū in ui: mutat ui in ēi formādo supinū vbiq; i. in qlibet coniugatione: vt amaui amatū. moui motū. trivi tritū. audiui audītū. Et sciendū q nil debet mutari nisi solū ui in tum.

Excipe/pasco/fa/se/ta/sol/vol/ag/cog/& a/le.

Dat caueo cautum/faueo fautum/sed amictum
Et amictre facis:soluo voluoq; dat utum
De sero sitme satum/lauo lotum/pascoq; pastum
Ag vel cognosco dat itum/sepelire sepultum.

¶ Ponit exceptionē a regula predicta. Excipe verba q̄ has syllabas in recta: q; nō faciūt supinū vt dictū est. Per ca/caueo faciens cautum: qđ deberet facere catū. faueo fautū & nō futū. soluo soluti et non soltum. voluo volui volutū et nō voltum. sero seris seui satū & nō setū. lauo lotum et non latum. pasco pauī pastū et non patū. ag. i. agnosco. vel pro cognosco dat itum: vt agnitum et cognitum: et non agnotum et cognotum. sepelio facit sepultum. a. i. amicio facit amictum et non amicitum.

Ferueo dat ui sine but/conniueo ui vel xi

¶ Dicit q̄ hoc verbū ferueo ferues facit ferui vel ferbui in preterito: et hoc verbum conniueo facit conniui vel connixi.

Ui tum dante preit vocalis non breuiata

¶ Dicit q̄ verba facientia preteritum in ui et mutancia ui in tum in supino proximum penultimam supini in omni coniugatione: vt amaui amatum. fleui fletum. trixi tricum. occidi occisum.

Mui/ci/lalsi/demantur et inde creata.

¶ Hāc autē ponit exceptionē a regula predicta dicēs. q̄ supina que in tellignt q̄ has syllabas. Mui/ci. tc. demant: q; corripiūt penultimā syllabam: vt queo quiui quitū. cieo civi citū sero sevi satum. lino levi litū. eo ivi itum. et sua compositā: vt nequeo nequiui nequitum. oblino oblitum.

De deo deq; geo leo vel queo vel veo dicta
Sufficiunt. in ui diuisas cetera formant.

¶ Hic autē epilogat ola que dixit de verbis scōe coniugationis: vt inferat regulā generalē de ceteris: et dicit q̄ ea que sunt dicta de verbis scōe cōiugationis terminatis in deo leo geo queo vel veo sufficiūt. Deinde infert exemplū dicēs q̄ ceteris verba de quibus non est facta mentio formāt sua preterita in ui diuisas syllabas: vt doceo docui doctū. moueo moui. sorbeo sorbui. timeo timui. pareo parui.

Dat maneo manſi tubeo tulſi neo neui.

¶ Ponit exceptionem a regula predicta dicens. q̄ maneo facit manſi in preterito et non manui. sorbeo tulſi. neo neui.

Dans a per i/maneō dat ui/careatq; supino

¶ Dicit q̄ qñ hoc verbum maneo mutat a in e in compositione facit preteritum in ui et caret supino: vt immaneo immansi.

Lucet pollucet facium xi/muleeo mulſi

Herreo si prebet dat sorbeo plicq buticq

¶ Dicit q inceo z polluceo facit preteritum in xi. mulceo facit mulsi. herreo herisi: sorbeo sorpsi vel sorbui.

Dat ctum. si sum. sed itum dat sorbeo sorptum

¶ Dicit q faciencia preteriti in si de quibus dixim⁹ faciunt supinum in sum: vt maneo mansi mansum: et faciēcia preteritum in xi faciūt supinum in ctum: vt luxi luctū: sm artem itelliger: sed sorbeo facit sorbui: vel sorpsi: et in supino facit sorptum vel sorbitum.

Que dāt preteritum per ui caruere supinis
Ai faciunt in itum teneo tentum doceo ctum
Censeo dat censum: sed itum sua compositiua
Misceo dat mixtum/ssi fozmat iubeo iussum

¶ Dicit q verba scde cōiugationis de q̄bus nō est sermo carent supinis: nisi faciūt in ūm: vt placeo placitū. Deinde ponit exceptionē dicens q teneo facit tentū: doceo doctū. Censeo censes facit censum: et eius composita faciunt in itū: vt recenseo recensitū. Misceo misces mixtū qō preterit in ui z facit miscuisset iubeo facit iussi z iussum.

Pauca supinantur preter sex neutra secunde
Sex retinent neutra pla no ca ba pa doq supina
fozmat itum doleo noceo valeo placeoq
Pareo prebet itum liceo at oleo taceoq
Dat careo carui caritum cassumq supino

¶ Dicit q pauca verba scde cōiugationis faciēcia preteriti in ui habent supina: preter sex q̄ syllabas intelligunt. Per pla/placeo/ces: no/noceo ces: ca/careo/res: ba/valeo/les: pa/pateo/tes: do/doleo/les. Deinde declarat quomodo faciūt in supinis. dicens q noceo doleo placeo/ z valeo/ faciunt supinum in itum. Careo facit caritum vel cassum: pareo paritum. placeo placitum: doleo olitum: taceo tacitum.

Cum dat ui pateo dat passum/torreo tostum

¶ Dicit q pateo pates l3 faciat preteriti in ui tñ facit passum in supino. Torreo torres pro assare facit tostum in supino.

Pando pati pateo passum facere supino

¶ Dicit q pando pati. i. patior. z pateo pates faciunt passum in supino.

De tertia conjugatione.

Versibus his terna fozmatio fiet aperta

¶ In hac parte autor determinat de tertia conjugatione verborum. Et dicit q in sequentibus versibus tertia formatio. i. conjugatio fiet aperta. id est manifesta.

Ui vel ui vel di ri ci ni dat tertia gi ri

Li si bi pi pli pariter mi qui quoq; cum ti.

¶ Verba tertie cõiugatiõis aliqñ faciunt preteritũ in ui: vt tero trivi. aliq̃ in ui: vt strepo strepui. in di vt reddo/reddidi: in ri vt curro cucurri. in ci vt vinco/vici. in xi vt cingo/cinxi. ⁊ sic de ceteris.

cio eti. A breuis ante cio cum compositis facit eti

¶ Dicit autor q̃ verba terminata in cio a breui precedẽte faciunt preteritum in eci tã simplicia ꝙ composita. vt facio feci. reficio refeci.

Elicui preter cio cetera formant in xi

Elicui dat itum/ci vel xi transeat in ctum.

¶ Dicit q̃ hoc verbũ elicio facit elicitũ in supino. Li. i. facientia preteritã in ci vel in xi faciũt supinum in ctũ. vt facio feci factum.

Si presens tenet a tenit hic ⁊ vbiq; supina

¶ Dicit q̃ si presens tempus tenet a. vt facio. supina retinẽt a. vt factum. hoc intellige vbiq;. i. in oi coniugatione.

A si composita mutant in t dant e supina

¶ Dicit autor q̃ si cõpolita mutent a in i. vt ex in ect facio componitur infi cio: ergo supinũ tenet e. vt inficio infeci infectũ.

Ut probat in tio/sed debes vemere do go

¶ In hoc versu ponitur exemplũ regule precedentis cũ dicitur. Ut probat inficio. Deinde ponit exceptionẽ cũ dicit. Sed debes demere do go. Quasi dicat q̃ verba in do ⁊ go terminata excipienda sunt a regula predicta: q; non habent in supino sicut regula presupponebat. imo retinent illam litterã quã habet suũ simplex. vt ab occido occasum. qõ componitur ex ob ⁊ cado. ⁊ exigo exactum. qõ componitur ab ex ⁊ ago. deberemus enim dicere exectum et occesum.

dio di Dat di sumq; dio/gio gi dat itũq; supino

gio gi ¶ Dicit q̃ verba tertie cõiugatiõis in dio desinentia faciũt preteritũ in di et supinũ in sum vt fodio fodi fossum. Deinde dicat q̃ terminata in gio. faciũt preterituꝫ in gi ⁊ supinum in itũ. vt fugio fugi fugitum.

pio vi Dat pio semper ui/sine sepi sive cupiui

¶ Dicit autor q̃ verba tertie cõiugatiõis. desinentia in pio faciũt preteritum in ui. vt rapio rapui. sine cepi. i. excepto hoc verbo capio qõ facit cepi. ⁊ cupio cupis cupiui.

Ptum facit omne pio/sapio cupioq; remotis

¶ Dicit q̃ verba tertie coniugationis desinentia in pio quomodocumq; faciunt preteritũ faciũt supinum in ptum. vt rapio rapui raptum. et capio cepi captum. Deinde ponit exceptionem dicens. Sapio cupioq; remotis quia non faciũt supinum in ptum. imo sapio facit sapitum ⁊ cupio cupitũ Hoc magis declaret dicens.

De tertia conjugatione.

Dat sapio saput saptum/cupioq; cupitum
Dat peperi pario paritum partum ve supino
